Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

diuinitus impenitentia gentis. & tulit abhominationes impietatis. &
gubernauit ad dnm cor ipsi. & in diebus eius corroborauit pietatem.
Preter dauid & ezechia & iosia omnes peccata commiserunt. nam reliquerunt
legem potentes reges iuda. & contempserunt timorem dei. dederunt enim
regnum suum alius. & gloriam suam aliene genti. Incenderunt electam sanctam
ciuitatem. & desertas fecerunt uias eius in manu ieremie. Nam male tra
tauerunt illum qui a uentre matris consecratus est ypheta. euertere &
eruere & pdere. & uterum edificare & renouare. Ezechiel qui uidit
conspectum glorie quam ostendit illi in curru cherubyn. Nam commemorat
est inimicos in imbre. bene facere illis q ostenderunt rectas
uias. Et duodecim ypharum ossa pullulant de loco suo. Nam corrobo
rauerunt iacob. & redemerunt se in fide uirtutis. Quomodo am
plificemus zorobabel. Nam & ipse quasi signum in dextra manu fuit.
Et iesum iosedech qui in diebus suis edificauerunt domum. & exaltauerunt
templum sanctum dno paratum in gloriam sempiternam. Et Neemias in me
moriam multum tempus. qui erexit nobis muros euersos. & stare fecit por
tas & seras. qui erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis
enoch. Nam & ipse ereptus est a terra. Et ioseph qui natus est homo pn
ceps fratrum. firmamentum gentis. rector fratrum. stabilimentum populi. & ossa
ipsi uisitata sunt. & post mortem ypharuerunt. Sed & filii Sem apud
homines gloriam adepti sunt. & super omnem animam in origine adam. Simon
onie filius sacerdos magnus qui in uita sua suffulsit domum. & in die
bus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo a bipo fundata
est. duplex edificatio excelsa parietis templi. In diebus suis emanauerunt
putei aquarum. & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit
gentem suam & liberauit eam a pnicie. qui pualiuit edificare ciuitatem. qui
adeptus est gloriam in conuersatione gentis. & in gressu domus & atrii ampli
ficatus est. Quasi stella matutina in medio nebule. & quasi luna plena